Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26020
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tionum instantia. lectionum uigilantia. hec omnia sunt mag
na carnis cruciamina. & ideo quantum ab argento au
ri precium. tantum differt ab aliis iustis nostre remuneratio
nis premium. Alii quippe iusti secundum uoluntatem suam deo
seruierunt. & quod libuit omiserunt. nos uero iugo obedien
tie subditi. ac regularium preceptorum loris constricti. non
nos sed alium sequimur imperantem. ut iumentum sequitur se minan
tem. Xpi enim animalia sumus. Ideo pascua preparauit
nobis in dulcedine deus. Igitur nunc domini nos operarios nos
camus. pondus diei et estus patienter ac perseueranter portemus.
ut peracto labore cum xpo remuneratore requiescamus.
In castris summi regis quasi in perpetuum milites excuba
mus. nocte ac die in acie contra hostes pugnando labo
ramus. & ideo dilectissimi habitum nostrum secundum formam dominice
crucis attendamus. mundum nobis. nosque mundo cru
cifixos sciamus. uexillum crucis per patientiam baiolan
tes in uiam caritatis properemus. contra phalanges uiciorum ar
mis uirtutum uiriliter dimicemus. quatenus uictores ad
regem glorie leti perueniamus. & in celesti curia cum fre
quentia angelorum triumphantes. perenniter cum xpo lau
reati gaudeamus. Vocts. In conuentu p̄p̄ti.

BEATI QUI TE diligunt ierusalem. & qui gaudent
super pace tua. Quia dilectissimi dei animalia ho
die frequenti ad pascua uite confluxistis. et famem
audiendi uerbum dei pabulo scripture mitigare op
timum duxistis. oportet uos de thesauro domini
noua et uetera ministrari. prout bonus pastor ouibus &
hedis disposuit erogari. Licet enim una professio xpia
ne religionis uos omnes quasi in unum congreget. ualde tamen